dam  $\gamma$  inest, &  $\alpha$  cuidam  $\epsilon$ : vt album, &  
pulchrum cuidam animali inest, & al-  
bum cuidam pulchro. Si igitur positum  
fuerit,  $\alpha \epsilon$  &  $\alpha$  omni, inesse: propo-  
sitiones quidem erunt ex parte falsæ: con-  
clusio autem, vera.  
5 Item si priuatiua ponatur propo-  
sitiō  $\alpha \gamma$ . nihil enim prohibet,  $\alpha$  cui-  
dam  $\gamma$  non inesse,  $\beta$  autem cuidam  
in esse, ac  $\alpha$  non omni  $\beta$  inesse: vt al-  
bum cuidam animali non inest, pul-  
chrum autem cuidam inest, & album  
non omni pulchro. Quare si sumptum  
fuerit,  $\alpha$  nulli  $\beta$ ,  $\beta$  autem omni inesse:  
ambæ propositiones erunt ex parte  
falsæ: conclusio autem, vera.  
6 Item si altera propositio tota falsa,  
altera tota vera accipiatur. potest enim  
&  $\alpha$  &  $\beta$  omni  $\gamma$  consequens esse,  $\alpha$   
verò cuidam  $\gamma$  non esse: vt animal &  
album omni cygno est consequens, a-  
nimal autem non omni albo inest. Po-  
sitis igitur his terminis, si sumptum fu-  
erit  $\alpha \epsilon$  toti  $\gamma$  inesse,  $\alpha$  autem toti non  
in esse: propositio  $\beta \epsilon$  erit tota vera: propo-  
sitiō autem  $\alpha \gamma$ , tota falsa: & conclu-  
sio, vera.  
7 Item si  $\alpha \gamma$  sit falsum;  $\alpha \gamma$ , ve-  
rum. hi namque termini sumentur ad  
demonstrationem conficiendam, nigrum,  
cygnus, inanimum.  
8 Sed & si ambæ propositiones acci-  
piantur affirmatiuæ. nihil enim prohibet  
 $\beta$  omni  $\gamma$  consequens esse,  $\alpha$  au-  
tem toti non inesse, ac  $\alpha$  cuidam  $\beta$  in-  
esse: vt omni cygno animal, nigrum  
autem nulli cygno, & nigrum alicui a-  
nimali inest. Quare si sumptum fue-  
rit,  $\alpha \epsilon$  &  $\alpha$  omni  $\gamma$  inesse: propositio  $\beta \gamma$   
erit tota vera: propositio autem  $\alpha \gamma$  tota  
falsa: & conclusio vera.  
9 Item si vera sumpta fuerit propo-  
sitiō  $\alpha \gamma$ : fiet enim demonstratio per  
eosdem terminos. 10 Rursus si altera sit  
tota vera; altera falsa ex parte: po-  
test enim  $\beta$  omni  $\gamma$  inesse,  $\alpha$  autem  
alicui  $\gamma$ , &  $\alpha$  alicui  $\beta$ : vt bipes om-  
ni homini, pulchrum autem non om-  
ni, & pulchrum alicui bipedi inest.

ε. ψευδος

Si igitur sumptum fuerit, &  $\epsilon \alpha$  &  $\epsilon \beta$  A toti, inesse: *propositio*  $\beta$ , erit tota vera: *propositio* autem  $\alpha$ , falsa ex parte: conclusio autem, vera.

11. Item si *propositio*  $\alpha$ , sit vera, & *propositio*  $\beta$ , accipiatur falsa ex parte. transpositis enim iisdem terminis, erit demonstratio.

12. Et si altera sit priuatiua, altera affirmatiua. nam quia fieri potest, ut  $\epsilon \epsilon$  toti insit,  $\pi \alpha$  autem alicui tantum, cum termini ita se habent, non omni  $\beta$  inest  $\epsilon \alpha$ . Si igitur sumptum fuerit,  $\pi \beta$  toti, inesse,  $\epsilon \alpha$  autem nulli; *propositio* priuatiua, falsa ex parte: altera, tota vera: & conclusio vera erit.

13. Rursus quia ostensum est, cum  $\pi \alpha$  inest nulli,  $\pi \beta$  verò inest alicui, fieri ut  $\pi \alpha$  cuidam  $\beta$  non insit: perspicuum igitur est, etiam cum *propositio*  $\alpha$ , est tota vera, & *propositio*  $\beta$ , falsa ex parte, posse conclusionem esse veram. Nam si sumptum fuerit,  $\epsilon \alpha$  inesse nulli,  $\epsilon \beta$  autem inesse omni: *propositio*  $\alpha$ , erit tota vera: *propositio* autem  $\beta$ , falsa ex parte.

14. Perspicuum autem est, etiam in syllogismis particularibus omnino concludi verum ex falsis. iidem enim termini sumendi sunt, qui sumebantur cum propositiones erant vniuersales: nempe in attributiuis attributiui, in priuatiuis priuatiui. nihil enim refert, vtrum, cum nulli insit, accipiatur omni inesse, an, cum insit alicui, sumatur vniuersaliter: quod attinet ad terminorum expositionem. Similis est priuatiuorum.

15. Apparet igitur, cum falsa est conclusio, necesse esse vt ea, ex quibus ratio constat, falsa sint aut omnia, aut aliqua. cum autem conclusio est vera, non necesse esse vt aliquid, aut omnia vera sint: sed fieri posse, vt, cum nihil veri sit in syllogismo, conclusio similiter vera sit, non tamen necessariò. 16. Causa autem est: quia cum duo inter se affecta sunt, vt si vnum sit, necessariò sit alterum: nisi hoc sit, neque illud erit: sed si sit, non necesse est illud esse. 17. At verò, si idem sit, & nisi sit, eandem rem necessariò esse, est impossibile. vtputà, si  $\pi \alpha$  sit album,  $\pi \beta$  esse magnum necessariò: & si  $\epsilon \alpha$  non sit album,  $\epsilon \beta$  esse magnum necessariò. Cum enim si hoc est album, vt  $\epsilon \alpha$ , necesse est hoc esse magnum, vt  $\pi \beta$ : & si  $\pi \epsilon$  sit magnum,  $\pi \gamma$  non esse album: necesse est, si  $\epsilon \alpha$  sit album,  $\pi \gamma$  non esse album. Et cù duobus propositis, si vnum sit, necesse est alterum esse: certè si hoc non sit, necesse est primum non esse. Ergo cum  $\pi \beta$  non est magnum,  $\epsilon \alpha$  non potest esse album.

A εὰν οὖν ληφθῆ, καὶ τὸ α εὖ τὸ β ὀλωτῶ γ ὑπάρχειν ἢ μὴ β γ, ἀληθὴς ὀλη· λέ' ὅτι α γ, ὅτι π ψευδὴς. ὁ δὲ συμπέρασμα, ἀληθές.

11 Ομοίως δὲ εὖ τῆς μὲν α γ, ἀληθοῦς οὐσίης τῆς δὲ β γ, ψευδοῦς ὅτι π λαμβανομένης μεταθέντων γδ τῶν αὐτῶν ὄρων, ἔσται λέ' ἀπίδδξίς.

12 Καὶ τῆς μὲν, φερητικῆς τῆς ὅ, καταφατικῆς ὕψης. ἐπεὶ γδ ἐγχωρῆ, ὁ μὲν β ὀλωτῶ γ ὑπάρχειν, \* ὁ δὲ α ἰνί· ἔτδμ ὕτως ἔχουσιν, ὅ γρ. π' ὅ α ὅ

B τὰ γ ἰσάρχην, ὁ δὲ α μηδενί· ἢ μὲν φερητικῆ, ὅτι π ψευδὴς, ἢ δ' ἑτέρα, ὀλη ἀληθὴς· καὶ ὁ συμπέρασμα ἔσται ἀληθές.

13 Πάλιν ἐπεὶ δὲ δέχεται, ὅτι τῶ μὲν α μηδενί ὑπάρχοντος τῶ γ, τῶ δὲ β ἰνί, ἐγχωρῆ ὁ α τῶ β πινί μὴ ὑπάρχειν. Φανερόν οὖν, ὅτι καὶ τῆς μὲν α γ, ὀλης ἀληθοῦς ὕψης, τῆς δὲ β γ, ὅτι π ψευδοῦς, ἐγχωρῆ ὁ συμπέρασμα εἶ) ἀληθές. εὰν γδ ληφθῆ, τὸ μὲν α μηδενί τῶ γ, ὁ δὲ β πινί ἢ μὲν α γ, ὀλη ἀληθὴς ἢ δὲ β γ, ὅτι π ψευδοῦς.

C 14. Φανερόν δὲ καὶ ὅτι τῶ εἰ μέρει συλλογισμῶν, ὅτι πρῶτως ἔσται ἀψα ψευδῶν ἀληθές. οἱ γδ αὐτοὶ ὄροι ληπτοί, οἱ εὖ ὅτδμ καθόλου ὄσιν αἱ περὶ τῶς· οἱ μὲν εἰ τοῖς κατηγορητικοῖς, κατηγορητικοί· οἱ δὲ εἰ τοῖς φερητικῶς, φερητικῶς. ὁ δὲ γδ ἀψαφῆρῆ, μηδενί ἰσάρχοντος, παντὶ λαβῆν ὑπάρχειν· καὶ πινί ἰσάρχοντος λαβῆν καθόλου, πρὸς πινί τ' ὄρων ἔκτεσιν. ὁμοίως δὲ εὖ ὅτι τῶ φερητικῶν.

15 Φανερόν οὖν, ἔτδμ μὲν ἢ ὁ συμπέρασμα \* ψευδὴς, ἀνάγκη, εἰς ὧν ὁ λόγος, ψευδῆ εἶ) λέ' πρῶτα, λέ' ἑνια. ὅτδμ δὲ ἀληθές, εἰς ἀνάγκη ἀληθές εἶ), ὅτε π, ὅτε πρῶτα· ἀλλ' ἐστὶ μηδενὸς ὄντος ἀληθοῦς τῶ εἰ τῶ συλλογισμῶ, ὁ συμπέρασμα ὁμοίως εἶ) ἀληθές, ὅ μὲν εἰς ἀνάγκης.

16 Αἴτιον δὲ, ἐπὶ ὅτδμ δύο ἔχη ὅτω πρὸς ἀλληλα, ὡς εὖ τῶ τέρου ὄντος εἰς ἀνάγκης τῶ τέρου εἶ)· τούτου μὴ ὄντος μὲν, ὅτδμ τῶ τέρου ἔσται ὄντος δὲ, εἰς ἀνάγκη εἶ) τῶ τέρου.

17 Τοῦ δ' αὐτοῦ ὄντος, καὶ μὴ ὄντος, ἀδιώκτον εἰς ἀνάγκης εἶ) ὁ αὐτὸς λέγω δ', οἶ), τῶ α ὄντος λαβῆν, ὁ β εἶ) μέγα εἰς ἀνάγκης· καὶ μὴ ὄντος λαβῆν τῶ α, ὁ β εἶ) μέγα εἰς ἀνάγκης. ὅτδμ γδ τουδὶ ὄντος λαβῆν, οἶ) τῶ α, πινί ἀνάγκη εἶ) μέγα, οἶ) ὁ β· τῶ δὲ β ὄντος μεγάλου, ὁ γ μὴ εἶ) λαβῆν ἀνάγκη, εἶ) ὁ α λαβῆν, ὁ γ μὴ εἶ) λαβῆν. καὶ ἔτδμ δυοῖν ὄντων τῶ τέρου ὄντος, ἀνάγκη τῶ τέρου εἶ)· τούτου μὴ ὄντος, ἀνάγκη ὁ α μὴ εἶ)· τῶ δὲ β μὴ ὄντος μεγάλου, ὁ α οὐχ οἶ) τε λαβῆν εἶ).

γρ. π' ὅ α ὅ  
al. π' ὅ α  
πὴ μὴ ὑπάρ-  
χῆ· ἔσται ὅ  
εἶ).

π. ψευδὴς εἶ)

τῆ δὲ α μὴ ὄντος λευκοῦ, εἰ ἀνάγκη ὅ β μέ-  
 γα εἶ)· συμβαίνει δὲ ἀνάγκης, τῆ β μὴ ὄντος  
 μεγάλου, αὐτὸ ὅ β μέγα εἶ)· (τῆτο δὲ, ἀδύ-  
 νατον) εἰ γὰρ ὅ β μὴ ἔστι μέγα, ὅ α οὐκ ἔσται  
 λευκὸν δὲ ἀνάγκης. εἰ οὖν μὴ ὄντος τῆ α λευ-  
 κοῦ, ὅ β ἔσται μέγα· συμβαίνει, εἰ ὅ β μὴ  
 ἔστι μέγα, εἶ) μέγα, ὡς ἀφ' ἑαυτῶν.

A Quod si cum  $\pi^a$  non est album, necesse  
 est  $\pi^b$  esse magnum; necessarium euenit, ut  
 si  $\pi^c$  non sit magnum, ipsum  $\epsilon$  sit ma-  
 gnum: (hoc autem est impossibile:) nam  
 si  $\epsilon$  non est magnum,  $\pi^a$  necessarium non  
 erit album. si igitur, cum  $\pi^a$  non est al-  
 bum,  $\pi^b$  erit magnum: efficitur quasi per  
 tres terminos, ut, si  $\epsilon$  non sit magnum, il-  
 lud ipsum sit magnum.

De probatione circulari seu reciproca in prima figura.

Cap. V.

1 ¶ Expositio generalis. Quid sit probatio circularis, & quomodo fiat. 2 Exemplum. 3 Non  
 posse aliter fieri, quam dictum sit. 4 In quibus terminis locum habeat. 5 ¶ Expositio specialis  
 Barbara, & Celarent, 12 Darji, 15 Ferio,

CAP. V.

ΤΟ δὲ κύκλω καὶ ἐξ ἀλλήλων δείκνυσθαι  
 ἔστι, ὅ ἀφ' ἑαυτῶν συμπεράσματος, καὶ τῆ  
 ἀνάπαλιν τῆ κατηγορίας πῶ ἐτέρω λαβόντα  
 πρῶτασιν, συμπεράνεσθαι πῶ λοιπῶν, ὡς ἐ-  
 λαμβάνειν \* ἐν ἐτέρω συλλογισμῶ. 2 Οἷον,  
 εἰ ἔδει δεῖξαι ὅτι ὅ α πᾶσι γ πᾶσι ἴσα ἀρχή·  
 ἔδειξε δὲ ἀφ' ἑαυτῶν β· πάλιν εἰ δὲ κηνοῖ ὅτι ὅ α  
 πᾶσι β ὑπάρχει, λαβὼν ὅ μὲν α ὅ γ ἴσα ἀρ-  
 χεῖν, ὅ δὲ γ ὅ β, καὶ ὅ α ὅ β· πρῶτερον δὲ  
 ἀνάπαλιν \* ἔλαβε ὅ β ὅ γ \* ἴσα ἀρχεῖν. ἢ  
 εἰ ὅτι ὅ β ὅ γ δέοι δεῖξαι ὑπάρχον, εἰ λαβὼι  
 ὅ α χτ' τῆ γ, ὅ ὡ συμπεράσματος, ὅ γ β χτ'  
 τῶ α ἴσα ἀρχεῖν· πρῶτερον δὲ ἐλήφθη ἀνά-  
 παλιν τῶ α χτ' τῆ β.

3. ὡς παρ' ἑαυτῶν  
 ὅτι συλλογισ-  
 μῶν.

γρ. ἔλαβε  
 χ. ὑπάρχει.

3 Ἄλλως δὲ οὐκ ἔστιν ἐξ ἀλλήλων δεῖξαι. εἴ-  
 τε γὰρ ἄλλο μέσον λήψασθαι, ἢ κύκλω· ὅθεν γὰρ  
 λαμβάνεσθαι τῶν αὐτῶν. εἴτε τούτων τί, ἀνάγκη  
 θάπερον μόνον· εἰ γὰρ ἄμφω, τὸ αὐτὸ ἔσται συμ-  
 πέρασμα· δεῖ γ' ἕτερον.

4 Ἐν μὲν οὖν τοῖς μὴ ἀντιγράφουσιν, ἐξ ἀνα-  
 ποδείκτου τῆς ἑτέρας πρῶτασσεως γ' ὁ συλλο-  
 γισμὸς. ἢ γὰρ ἔστιν ἀποδείξαι ἀφ' ἑαυτῶν τῶν  
 ὄρων, ὅτι πᾶσι μέσῳ τὸ τρίτον ἴσα ἀρχεῖ, ἢ τῶ  
 πρῶτῳ τὸ μέσον. εἰ δὲ τοῖς ἀντιγράφουσιν ἔστι  
 πᾶσι δὲ κηνοῖ δι' ἀλλήλων ὅτι, εἰ τὸ α ὅ β τὸ  
 β καὶ τὸ γ ἀντιγράφουσιν ἀλλήλοις.

5 Δεδείχθη γὰρ τὸ α γ ἀφ' ἑαυτῶν μέσου τῆ β, καὶ  
 πάλιν τὸ α β ἀφ' ἑαυτῶν τῆ συμπεράσματος, καὶ τῆς  
 β γ πρῶτασσεως ἀντιγραφείσης· ὡσαύτως δὲ  
 καὶ ὅ β γ, ἀφ' ἑαυτῶν τῆ συμπεράσματος, ὅ τῆς α  
 β πρῶτασσεως ἀντιγραμμένης. δεῖ γ' πῶ τε γ  
 β, καὶ πῶ β α πρῶτασσι ἀποδείξαι· ταύταις γὰρ  
 ἀναποδείκτοις κεχρημένα μόναις. Ἐὰν οὖν ληφ-  
 θῆ, τὸ β πᾶσι τῶ γ ὑπάρχειν, καὶ τὸ γ παν-  
 τὶ τὸ α· συλλογισμὸς ἔσται τῆ β πρὸς τὸ α,

B Circulo autem & ex se inuicem pro-  
 bari, nihil aliud est, quam per con-  
 clusionem & alteram propositionem at-  
 tributione inuersam, concludi reli-  
 quam propositionem quæ accepta fuerat  
 in altero syllogismo.

2. Ut si probare oportebat  $\epsilon^a$  omni,  
 inesse: probauit autem per  $\beta$ : rursus si  
 probet  $\pi^a$  per  $\beta$  inesse, accipiens  $\pi^a$  inel-  
 se per  $\gamma$ ,  $\pi^b$  autem per  $\epsilon$ : ita fiet ut etiam  $\epsilon^a$   
 in sit per  $\epsilon$ : prius autem contrà acceperat,  
 $\pi^b$  inesse per  $\gamma$ . Vel si ostendere oporteat  
 $\epsilon^c$  inesse per  $\gamma$ : & sumat  $\epsilon^a$  inesse per  $\gamma$ , quæ  
 erat conclusio: &  $\pi^c$  inesse per  $\alpha$ : prius  
 autem sumptum è contrario fuerat  $\epsilon^a$  in-  
 esse per  $\beta$ .

3. Aliter verò non licet mutuo pro-  
 bare. siue enim aliud medium sumetur,  
 non probabitur circulo: nihil enim idem  
 accipietur. siue quid horum accipiat;  
 necesse est alterum solum accipi: quia si  
 ambo sumantur, erit eadem conclusio,  
 cum diuersam esse oporteat.

4. In iis igitur terminis, qui non con-  
 uertuntur, ex altera propositione non  
 demonstrata sit syllogismus: quia non li-  
 cet per hos terminos demonstrare ter-  
 tium inesse medio, aut medium primo.  
 In iis qui recipiuntur, licet omnia in-  
 uicem probare. veluti si  $\epsilon^a$  &  $\pi^b$ , &  $\epsilon^c$ ,  
 inuicem conuertuntur.

5 Ostensum enim sit  $\pi^a$ , per medium  $\beta$ :  
 & rursus  $\pi^a$  per conclusionem, & pro-  
 positionem  $\beta$ , conuersam: item  $\pi^b$  per  
 conclusionem, & propositionem  $\alpha$  in-  
 uersam. Oportet autem demonstrare pro-  
 positionē  $\gamma$ , & propositionem  $\beta$ : his enim  
 solis non demonstratis vsi sumus. Si igi-  
 tur sumptum fuerit,  $\epsilon^b$  inesse omni  $\gamma$ , &  
 $\epsilon^c$  omni  $\alpha$ : syllogismus erit  $\pi^c$  de  $\alpha$ .

D

Rursus si sumptum fuerit,  $\pi\gamma$  inesse omni  $\alpha$ , &  $\pi\alpha$  omni  $\epsilon$ : necesse est  $\pi\gamma$  omni  $\beta$  inesse. In ambobus igitur his syllogismis propositio  $\alpha\gamma$  sumpta est sine demonstratione: alia namque probata fuerant. quare si hanc demonstremus, omnes erunt ex se inuicem probatae. si igitur sumptum fuerit,  $\epsilon\gamma$  omni  $\epsilon$ , &  $\pi\epsilon$  omni  $\alpha$  inesse: ambae propositiones demonstratae accipiuntur, & necesse est  $\epsilon\gamma$  inesse  $\pi\alpha$ . Perspicuum igitur est, in iis solis quae conuertuntur, circulo & ex se inuicem fieri posse demonstrationes: in aliis autem, quemadmodum antea diximus.

6. Sed & in his accidit, ut eo quod probatum est, utamur ad demonstrationem conficiendam. nam  $\epsilon\gamma$  de  $\epsilon$ , &  $\epsilon\beta$  de  $\alpha$  probatur, sumpto  $\gamma$  dici de  $\alpha$ :  $\epsilon\gamma$  autem de  $\alpha$  probatur per has propositiones. Itaque utimur conclusione ad exstruendam demonstrationem.

7. In priuatiuis autem syllogismis ita fit mutua probatio. Infit quidem  $\pi\alpha$  omni  $\delta$ ,  $\pi\alpha$  autem nulli  $\epsilon$ : conclusio est,  $\pi\alpha$  inesse nulli  $\gamma$ . Si igitur oporteat rursus concludere  $\pi\alpha$  inesse nulli  $\beta$ , quod pridem acceperat:  $\pi\alpha$  inerat nulli  $\gamma$ ,  $\epsilon\gamma$  autem omni  $\beta$ . sic enim inuersa est propositio.

8. Quod si,  $\pi\beta$   $\pi\gamma$  inesse concludendum sit, non est amplius similiter conuertenda propositio  $\alpha\beta$ . est enim eadem propositio,  $\epsilon\epsilon$  nulli  $\alpha$ , &  $\epsilon\alpha$  nulli  $\epsilon$  inesse.

9. Sed accipiendum est, cui  $\pi\alpha$  nulli inest,  $\pi\epsilon$  omni inesse. infit  $\pi\alpha$  nulli  $\gamma$ : quae quidem erat conclusio. cui verò  $\epsilon\alpha$  nulli inest,  $\pi\epsilon$  accipiatur omni inesse. necesse igitur est,  $\pi\alpha$  inesse omni  $\gamma$ .

10. Quare cum tria sint, vnumquodque effectum est conclusio. & , circulo demonstrare, hoc est, sumptis conclusione & altera propositione inuersa, reliquam concludere.

11. In particularibus autem syllogismis, vniuersalem propositionem non licet ex aliis demonstrare, particularem verò licet.

12. Vniuersalem igitur non posse demonstrari, perspicuum est: quia vniuersale probatur ex vniuersalibus, conclusio autem non est vniuersalis: & probatio effici debet ex conclusione & ex altera propositione. Praeterea, omnino non fit syllogismus conuersa propositione: quoniam in parte efficiuntur ambae propositiones. 13. Particularem autem propositionem demonstrare licet. probatum enim sit  $\epsilon\alpha$  de aliquo  $\gamma$  per  $\beta$ .

A  $\alpha$  πάλιν ἐὰν ληφθῆ τὸ μὲν γ παντὶ  $\alpha$ , τὸ δὲ  $\alpha$  παντὶ  $\beta$ . ἀνάγκη τὸ γ παντὶ  $\beta$  ὑπάρχειν. ἐν ἀμφοτέροις δὲ τούτοις τοῖς συλλογισμοῖς, ἢ γ α πρώταις, αἰα πόδες εἰληπταί. αἱ γάρ ἕτεραι δεδηγμένα ἦσαν. ὥστε αὐτῶν τῶν ἀποδείξωμεν, ἅπασα ἔσονται δεδηγμένα δι' ἀλλήλων. ἐὰν οὖν ληφθῆ τὸ γ παντὶ  $\beta$ , καὶ τὸ β παντὶ  $\alpha$  ὑπάρχειν. ἀμφότεραί τε αἱ πρώταις ἀποδείχονται λαμβάνοντα, καὶ τὸ γ  $\alpha$  ἀνάγκη ὑπάρχειν. φανερόν οὖν, ὅτι ἐν μόν

B νοῖς τοῖς ἀντίστροφοῖς, κύκλω καὶ δι' ἀλλήλων ἐνδέχεται γίνεσθαι τὰς ἀποδείξεις. ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις, ὥστε πρῶτον εἴπομεν. 6 Συμβαίνει δὲ καὶ ἐν τοῖσι, αὐτὰ  $\alpha$  δεικνυμένα χρῆσθαι πρὸς τὴν ἀπόδειξιν. τὸ μὲν γ  $\alpha$  καὶ τὸ β καὶ τὸ  $\alpha$  δείκνυται, ληφθέντος τὸ γ καὶ τὸ  $\alpha$  λέγεσθαι. τὸ δὲ γ καὶ τὸ  $\alpha$ , ἀφ' αὐτῶν δεικνύται τῶν πρώτων. ὥστε  $\alpha$  συμπεράσματι χρῆμεθα πρὸς τὴν ἀπόδειξιν. 7 Ἐπὶ δὲ τῶν ἐρητήκων συλλογισμῶν ὡς δὲ δείκνυται δι' ἀλλήλων. ἔστω τὸ μὲν β παντὶ  $\alpha$  γ ὑπάρχον, τὸ δὲ  $\alpha$  μηδενὶ  $\beta$ . συμπεράσμα, ὅτι τὸ  $\alpha$  ἑσθὲν  $\alpha$

C γ εἰδὴ πάλιν δεῖ συμπεραῖσθαι, ὅτι τὸ  $\alpha$  ἑσθὲν  $\beta$ . ὁ πάλαι ἔλαβεν. ἔστω τὸ μὲν  $\alpha$  μηδενὶ  $\beta$ , τὸ δὲ γ παντὶ  $\beta$ . ἔστω γὰρ ἀνάπαλιν ἢ πρώταις. 8 εἰ δ' ὅτι τὸ β  $\alpha$  γ, δεῖ συμπεραῖσθαι, ὅτι ἐκείνῳ ὁμοίως ἀντίστροφῶν τῶν  $\alpha$  β. ἢ γὰρ αὐτὴ πρώτη, τὸ β μηδενὶ  $\alpha$ , καὶ τὸ  $\alpha$  μηδενὶ  $\beta$  ὑπάρχειν. 9 Ἀλλὰ ληπτόν, ὅτι τὸ  $\alpha$  μηδενὶ ὑπάρχει, τὸ β παντὶ ὑπάρχειν. ἔστω τὸ  $\alpha$  μηδενὶ  $\beta$  γ ὑπάρχειν, ὅπως ἴσως τὸ συμπεράσμα.  $\alpha$  δὲ τὸ  $\alpha$  μηδενὶ, τὸ β εἰληπ

D φτω παντὶ ὑπάρχειν. ἀνάγκη οὖν τὸ β παντὶ  $\alpha$  γ ὑπάρχειν. 10 Ὡς τε τῶν οἴτων, ἕκαστον, συμπεράσμα γίνεσθαι καὶ τὸ κύκλω ἀποδεικνύσθαι, τῶν ἔστι, τὸ συμπεράσμα λαμβάνοντα, καὶ ἀνάπαλιν τῶν ἕτερον πρώταις, τῶν λοιπῶν συλλογίζεσθαι. 11 Ἐπὶ δὲ τῶν ἐν μέρεσι συλλογισμῶν, τῶν μὲν καθόλου πρώταις οὐκ ἔστιν ἀποδείξαι δεῖ τῶν ἕτερων, τῶν δὲ καὶ μέρους ἔστιν.

E 12 Ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἔστιν ἀποδείξαι τῶν καθόλου, φανερόν. τὸ μὲν γὰρ καθόλου δείκνυται δεῖ τῶν καθόλου. τὸ δὲ συμπεράσμα οὐκ ἔστι καθόλου. δεῖ δὲ ἐκ τῶν συμπεράσματος δεῖξαι καὶ ἐκ τῆς ἕτερας πρώταις. ἐπὶ, ὅπως ἑσθὲν γὰρ συλλογισμός, ἀντίστροφῶν τῶν πρώταις. ἐν μέρεσι γὰρ ἀμφοτέραι γίνονται αἱ πρώταις. 13 Τῶν δὲ ἐπὶ μέρους ἔστι. δεῖ δὲ δείξαι τὸ  $\alpha$  κατὰ μέρος τῶν γ, ἀφ' αὐτῶν β.

ἐάν οὖν ληφθῆ ὁ β παντί τὰ α, καὶ ὁ συμ-  
πέρασμα μὴν· ὁ β ἔστι δὲ γ ἰσάροξ. ἔστι  
γὲ ὁ ἀποτόν γῆμα· καὶ ὁ α, μέσον.

14 Εἰ δὲ φερητικὸς ὁ συλλογισμὸς, πῶ μὲν  
καθόλου πρῶτασι δὲ ἐστὶ δείξαι, δι' ὃ καὶ πρῶ-  
τερον ἐλέγη. 15 Τῶ δὲ ἐν μέρει, εἰ μὲν  
ὁμοίως ἀνίσταται τὸ α β, ὡς πρὸ καὶ ὅτι τῶ κα-  
θόλου, δὲ ἐστὶ ἀφ' ἑσληψέως δὲ ὅτιν· οἷον,  
ὅτι τὸ α ἔστι μὴ ὑπὲρ γ. τὸ β πῶν ὑπὲρ γ. Αλ-  
λως γὰρ ἐργόντων, ὅτι ἔστι συλλογισμὸς, ἀφ' ὃ  
ἀποφατικῶν εἰ) πῶ ἐν μέρει πρῶτασι.

A Si igitur fumatur, ἔστι inesse omni, & con-  
clusio maneat: ἔστι inerit alicui. fit enim  
prima figura: & ἔστι α, medium.

14 Quòd si syllogismus sit priuatiuus,  
vniuersalem propositionem non licet  
probare ob id quod antea dictum est.

15. Particularem autem, si similiter  
conuertatur pronunciatum α ε, quemad-  
modum in vniuersalibus, probare non li-  
cet: verum per assumptionem licet: vt,  
cui ἔστι α cuidam non inest, καὶ β cuidam inef-  
fe. Quòd si termini aliter habeant, non fit  
syllogismus, quia propositio particularis  
est negatiua.

De probatione circulari in secunda figura

Cap. VI.

1 De syllogismis vniuersalibus. 2 De propositione affirmante. 3 De propositione negante, in  
Camestres. 4 vel in Cesare. 5 De syllogismis particularibus. De propositione vniuersali. 6 De  
propositione particulari negante, 7 vel affirmante.

CAP. VI.

ΕΝ δὲ τὰ δὲ ἄλλοτερον γῆματι ὁ μὲν κατα-  
φατικὸν δὲ ἐστὶ δείξαι ἀφ' οὗτου ἔστι  
που· ὁ δὲ φερητικὸν, ὅτι. 2 Τὸ μὲν οὖν κα-  
τηρητικὸν ὅτι δείκνυται, ἀφ' ὃ μὴ ἀμφοτέρως  
εἰ) τὰς πρῶτας καταφατικὰς. τὸ γὰρ συμ-  
πέρασμα, φερητικὸν ὅτι· τὸ δὲ κατηρητικὸν, ὅτι  
ἀμφοτέρων ἐδείκνυτο καταφατικῶν.

3 Τὸ φερητικὸν ὡς δὲ δείκνυται. ὑπὲρ γέτω ὁ  
α παντί ὁ β, τὰ γ μὴ μὴδενί· συμπέρασμα,  
τὸ β τὰ γ ὅτιν. εἰ μὲν οὖν ληφθῆ τὸ β παντί  
τὰ α ἰσάροξ, ὁ δὲ γ μὴ μὴδενί· ἀνάγκη τὸ  
α μὴ μὴδενί ὁ γ ὑπὲρ γ. ἔστι γὰρ τὸ δὲ ἄλλοτερον  
γῆμα· μέσον, τὸ β. 4 Εἰ δὲ τὸ α β, φερη-  
τικὸν ληφθῆ· ἴατερον δὲ, κατηρητικὸν· τὸ ἀπο-  
τόν ἔστι γῆμα. τὸ μὲν γὰρ τὸ παντί τὰ α, τὸ  
δὲ β ὅτιν τὰ γ· ὡς ὅτιν τὰ α τὸ β· ὅτι  
ἀφ' α τὰ β τὸ α· μέσον τὸ γ. ἀφ' ὃ μὲν οὖν τὸ  
συμπέρασματος, ἔστι τῆς μίας πρῶτασεως, ὅτι γί-  
νεται συλλογισμὸς· πρῶτληφθείσης δὲ ἑτέρας,  
ἔστι. 5 Ἦν γὲ μὴ καθόλου ὁ συλλογισμὸς ἦ, ἔστι  
μὲν ἐν ὅλοις πρῶτασι οὐ δείκνυται ἀφ' οὗ πῶ  
αὐτῶν αἰτίαν, ὡς πρὸ εἰπομένη καὶ πρῶτερον.

6 Ἦ δ' ἐν μέρει δείκνυται, ὅτιν ἢ τὸ καθόλου  
κατηρητικὸν. ὑπὲρ γέτω γὲ τὸ μὲν α παντί τὰ  
β, τὰ γ μὴ παντί. συμπέρασμα, πῶν ὁ γ  
τὸ β ὅτι ὑπὲρ γ. ἐάν οὖν ληφθῆ τὸ β παντί  
ὁ α, ὁ δὲ γ μὴ παντί· τὸ α ἔστι δὲ γ ὅτι ὅτι ὅτι  
ὑπὲρ γ· μέσον, τὸ β.

7 Εἰ δὲ ὅτιν ἔστι καθόλου, φερητικὸν· ὅτι δὲ φησὶ  
ταῖ α γ πρῶτασι, ἀνίσταται τὸ α β.

B I N secunda autem figura pronunciatum  
affirmatiuum non potest hoc modo  
probari, priuatiuum potest.

2 Affirmatiuum non probatur, quia  
non sunt ambæ propositiones affirmati-  
uæ: conclusio namque est priuatiua: affir-  
matio autem ex ambabus propositionibus  
affirmantibus probatur.

3 Pronunciatum autem priuatiuum sic  
probatur. Inest ἔστι α omni, ac nulli γ. con-  
cludetur ἔστι inesse nulli ε. Si igitur sum-  
ptum fuerit, ἔστι β inesse omni α, & nulli ε:  
necesse est, ἔστι α nulli γ, inesse. fit enim me-  
dia figura: medium est ἔστι ε.

4 Quòd si pronunciatum α ε sumptum  
fuerit priuatiuum, alterum autem attri-  
butiuum: erit prima figura. nam ἔστι inest  
omni α, & ἔστι β nulli γ. quare nulli α in-  
est ἔστι β. proinde nec ἔστι α inest vlli ε. me-  
dium est ἔστι γ. Per conclusionem igitur  
& vnam propositionem non fit syllogif-  
mus: assumptâ autem altera propo-  
sitione, erit syllogifmus.

5 Si verò non vniuersalis sit syllogif-  
mus, propositio, quæ est in toto, non  
probatur ob eam ipsam causam, quam &  
prius diximus.

6. Particularis autem probatur, quan-  
do pronunciatum vniuersale est attribu-  
tiuum. Inest enim ἔστι α omni β, & non  
omni γ, concludetur, cuidam γ ἔστι β non  
inest. Si igitur sumptum fuerit, ἔστι  
omni α, & non omni γ: ἔστι α cuidam, non  
inerit: medium est ἔστι ε. 7 Si verò propo-  
sio vniuersalis sit priuatiua, non probabi-  
tur propositio α ε, conuerso pronunciatum α β.  
accidit



accidit enim, ut vel ambæ, vel altera propositio sit negatiua. quare non erit syllogismus. Sed similiter probabitur, ut in syllogismis vniuersalibus, si sumptum fuerit, cuius in parte non inest, ei in parte inesse.

Ασυμβαίνε γὰρ ἢ ἀμφοτέρως, ἢ πλὴν ἑτέρας πρῶτασιν γίνεσθαι ἀποφατικῶν ὡς εἶσα συλλογισμός. Ἀλλ' ὁμοίως δευτέρωσιν, ὡς καὶ ὅτι τῷ καθόλου, εἰ ἀληθὴν, ὡς τὸ β πῖνι μὴ ὑπάρχει, τὸ α πῖνι ὑπάρχειν.

De probatione circulari in prima figura.

Cap. VII.

1 ¶ De syllogismis ex ambabus propositionibus vniuersalibus. 2 ¶ De syllogismis ex altera propositione vniuersali & altera particulari. 3 Datifi: 4 Disamis: 5 Brocardo: 6 Ferison. 8 ¶ Commania de tribus figuris. Quando mutua confirmatio efficiatur in eadem vel in diuersis figuris. 9 An sit verus circulus in diuersis figuris.

IN tertia verò figura, quando ambæ propositiones vniuersaliter sumptæ sunt, mutua & reciproca probatio locum non habet. vniuersale enim probatur ex vniuersalibus: conclusio autem quæ est in hac figura, semper est particularis. vnde perspicuum est, omnino in hac figura propositionem vniuersalem probari non posse.

2 Sin altera propositio sit vniuersalis, altera particularis: interdum licebit mutuo confirmare, interdum non licebit. Sanè cum ambæ propositiones attributiua sumptæ fuerint, & vniuersale iunctum sit minori extremo; licebit. cum autem alteri extremo, non licebit.

3 Infit enim  $\tau$  a omni  $\gamma$ .  $\pi$  b autem alicui: conclusio erit  $\alpha \epsilon$ . Si igitur sumptum fuerit,  $\pi$   $\gamma$  inesse omni  $\alpha$ , conuersâ propositione vniuersali; &  $\pi$   $\alpha$  inesse alicui  $\epsilon$ , quæ erat conclusio:  $\tau$   $\gamma$  quidem probatum est  $\pi$   $\epsilon$  inesse:  $\pi$  b autem alicui  $\gamma$  inesse probatum non est. Atqui necesse est, si  $\pi$   $\gamma$  inesset alicui  $\epsilon$ , etiam  $\beta$  inesse alicui  $\gamma$ . Sed non idem est, hoc illi inesse, & illud huic. verum assumi debet, si hoc illi in parte inest, etiam illud huic in parte inesse. Hoc autem sumpto, non efficitur amplius syllogismus ex conclusione & altera propositione.

4 Si verò  $\tau$  b infit omni  $\gamma$ , &  $\pi$  a alicui  $\epsilon$ : licebit probare propositionem  $\alpha \gamma$ : cum sumptum fuerit,  $\tau$   $\gamma$  omni  $\epsilon$  inesse, &  $\pi$  a alicui. nam si  $\tau$   $\gamma$  inest omni  $\epsilon$ , &  $\tau$  a cuidam  $\beta$ : necesse est  $\pi$  a cuidam  $\gamma$  inesse: medium est  $\pi$  b.

5 Et cum altera propositio est attributiua, altera priuatiua, attributiua autem est vniuersalis: probabitur altera: Infit enim  $\tau$   $\epsilon$  omni  $\gamma$ :  $\pi$  a autem cuidam non infit: concludetur  $\tau$  a cuidam  $\beta$  non inesse. Si igitur assumptum fuerit,  $\pi$   $\gamma$  omni  $\epsilon$  inesse: inerat autem  $\tau$  a non omni  $\beta$ : certe necesse est  $\tau$  a cuidam  $\gamma$  non inesse. medium est  $\tau$  b.

Α Ε Πι δὲ τῷ τρίτου σχήματος, ὅταν μὲν ἀμφοτέρωσιν ἀπὸ πρῶτασιν καθόλου ληφθῶσιν, οἷον εἶσα δὲ ἀλλήλων. Ὁ μὲν γὰρ καθόλου δείκνυται ἀπὸ τῷ καθόλου. Ὁ δὲ ἐν τούτῳ συμπέρασμα, αἰεὶ ἔσται μέρος. ὡς φανερόν ὅτι οἷον εἶσα δὲ ὅλως δείξαι ἀπὸ τούτου τῷ σχήματος πλὴν καθόλου πρῶτασιν.

CAP. VII.

2 Ἐάν δ' ἢ μὲν ἢ καθόλου. ἢ δ', ὡς μέρος ποτὲ μὲν ἔσται, ποτὲ δ' οἷον εἶσα. ὅταν μὲν αὖ ἀμφοτέρωσιν κατηγορητικῶν ληφθῶσιν, καὶ ὁ καθόλου ἡρηθῆσιν πρὸς ὃ ἐλάττωσι ἀκρῶ, ἔσται ὅταν δὲ πρὸς ταύτῳ, οἷον εἶσα.

3 Ὑπάρχει γὰρ τὸ α παντὶ ὡ γ, τὸ δὲ β πῖνι συμπέρασμα, τὸ α β. εἰ δ' οὖν ληφθῆ τὸ γ παντὶ ὡ α ὑπαρχῆν, ἀπίστευσις τῆς καθόλου. Ἐ τὸ α πῖνι ὡ β, ὃ ἢ συμπέρασμα τὸ μὲν γ δέδεικται πῖνι ὡ β ὑπαρχῆν. τὸ δὲ β πῖνι ὡ γ δὲ δέδεικται. καίτοι ἀνάγκη, εἰ τὸ γ ἴνι τῷ β. καὶ τὸ β πῖνι ὡ γ ὑπαρχῆν. ἀλλ' ὁ αὐτὸν ἔστι, τὸ δὲ τῷ β ὑπαρχῆν, καὶ τὸ δὲ τῷ β. ἀλλὰ πρὸς ληπτέον, ὅτι, εἰ τὸ δὲ πῖνι τῷ β, καὶ θατέρω πῖνι τῷ β. τούτου δ' ληφθέντος, οἷον εἶσα γίνεσθαι οἷον τῷ συμπέρασματος, καὶ τῆς ἑτέρας πρῶτασιν, ὃ συλλογισμός.

4 Εἰ δ' τὸ μὲν β παντὶ τῷ γ, τὸ δ' α πῖνι ὡ γ, ἔσται δείξαι τὸ α γ, ὅταν ληφθῆ τὸ μὲν γ παντὶ ὡ β ὑπαρχῆν, τὸ δ' α πῖνι. Εἰ γὰρ τὸ γ παντὶ ὡ β ὑπαρχῆν, τὸ δ' α πῖνι ὡ β, ἀνάγκη τὸ α πῖνι ὡ γ ὑπάρχειν μέσον τὸ β.

5 Καὶ ὅταν ἢ ἢ μὲν, κατηγορητικῶν, ἢ δ', κατηγορητικῶν, καθόλου δὲ ἢ κατηγορητικῶν δευτέρωσιν ἢ ἑτέρας. ὑπάρχει γὰρ τὸ β παντὶ ὡ γ, τὸ δ' α πῖνι μὴ ὑπάρχειν συμπέρασμα, ὅτι τὸ α πῖνι ὡ β ἔχει ὑπαρχῆν. εἰ δ' οὖν πρὸς ληφθῆ τὸ γ παντὶ ὡ β ὑπαρχῆν, ἢ δὲ καὶ τὸ α ἔχει παντὶ ὡ β, ἀνάγκη τὸ α πῖνι ὡ γ μὴ ὑπάρχειν. μέσον, τὸ β.

γρ. ληφθῆ



6 Οταν δε' λε' ερητιχη, κεθολου γηητα. ε' A  
 δεικνυται λε' ετερα, ει μη' ωσπερ' οπι' τω' περ-  
 τερον εληφθησθμ, εαυ' ληφθη, ω' τω' το' τιμ' μη'  
 ι'ω' αρχη, θατερον' τιμ' ι'ω' αρχειν. ο'ι, ει' δ'  
 μη' α' μηδενι ι'ω' αρχη πα' γ, δ' δε' β' πινι  
 συμπερασμα, ο'ι' λινι' δ' β' δ' α' ε'χ' ι'ω' αρχη.  
 εαυ' ο'ω' ληφθη, ω' δ' α' πινι' μη' ι'ω' αρχη,  
 τυτω' δ' γ' πινι' ι'ω' αρχειν, αι'α'γκη' δ' γ' πινι'  
 πα' β' ι'ω' αρχειν. 7 Αλλως' ε'κ' ε'σιν' αντι-  
 ερεφοντα' πτω' κεθολου' περ' κεισιν, δε'ι'ξαι' πτω'  
 ετερον' ε'δαμω'ς' γ' ε'σται' συλλογισμο'ς.  
 8 Φανερον' ο'ω', ο'τι' ε'σ' μη' πα' περ' τω' γη-  
 μετι' η' δι' αλληλων' δε'ι'ξαι'ς, α'φ'α' τε' τω' περ' του'  
 κ'ι' τω' τελτου' γ' ε'σ' γηηματος. κετη'ρεικω'δ' μη' γ'δ'  
 ο'ντος' τω' συμπερασματος, α'φ'α' τω' περ' του' γε-  
 ρητικω'δ' δε', α'φ'α' τω' ε'σ'χατου' λαμβανεται' γ'δ',  
 ω' τω' το' μηδενι, θα'τερον' πω'ν'ι' ε'π' αρχειν. ε'ν' δε'  
 πα' μεσω', κεθολου' μη' ο'ντος' τω' συλλογισμο'δ',  
 δι' αυτω' τε' και' α'φ'α' τω' περ' του' γηηματος. ο'ταν  
 δ' ε'σ' μερ'ι, δι' αυτω' τε' και' α'φ'α' τω' ε'σ'χατου'.  
 ε'ν' δε' πα' τελτω', δι' αυτω' πω'ν'ι'τες.  
 9 Φανερον' δε' και', ο'τι' ε'σ' πα' μεσω', και' ε'σ' πα'  
 τελτω', οι' μη' δι' αυτων' γινω'μενοι' συλλογισμο'ι, λε'  
 ε'κ' εισι' κ'ε' πτω' κυκλω' δε'ι'ξαι'ν, η' α'τελης.

6 Cum autem priuatiua est vniuersa-  
 lis, non probatur altera: nisi, vt in priori-  
 bus sumebatur, si sumptum fuerit, cui  
 hoc non omni inest, alterum alicui inest.  
 vtputa si  $\alpha$  inest nulli  $\gamma$ ,  $\beta$  autem  
 alicui: concludetur, cuidam  $\beta$  non  
 inesse. Si igitur sumptum fuerit, cui  $\alpha$   
 non omni inest,  $\beta$ , alicui inesse: necesse  
 est,  $\beta$ , inesse alicui  $\beta$ .  
 7 Alio modo non licet conuersa vni-  
 uersali propositione alteram confirmare:  
 neuiquam enim erit syllogismus.  
 8 Perspicuum igitur est, in prima fi-  
 gura probationem reciprocam fieri per  
 primam & per tertiam figuram: nempe  
 cum attributiua est conclusio, per pri-  
 mam: cum priuatiua, per vltimam: su-  
 mitur enim, cui hoc nulli inest, alterum  
 omni inesse. in media vero figura, cum  
 syllogismus est vniuersalis, probationem  
 fieri per eam ipsam, & per primam figu-  
 ram: cum particularis, per eam ip-  
 sam, & per vltimam. in tertia autem  
 figura, omnes probationes per eam ipsam  
 fieri. 9 Perspicuum est etiam, in media  
 & tertia figura, syllogismos qui per eas  
 ipsas non efficiuntur, aut non esse secun-  
 dum circularem probationem, aut esse  
 imperfectos.

De conuersione syllogismorum in prima figura. Cap. VIII.

1 ¶ Definitio. 2 ¶ Diuisio. 3 ¶ De syllogismis vniuersalibus. De contraria conuersione n̄ Bar-  
 bara, 4 vel Celarent. 5 De contradictoria conuersione. 6 n̄ Barbara, 7 vel Celarent. 8 ¶ De syllo-  
 gismis particularibus. 9 De conuersione n̄ Darj contradictoria, 10 vel contraria. 11 De conuersione  
 n̄ Ferio.

CAP. VIII  
 ΤΟ δ' αντιερεφν' ε'σ'ι, δ' μεταληντα δ' C  
 συμπερασμα, ποιην' τ' συλλογισμο'ν, ο'τι  
 λε' δ' ακρον' πα' μεσω' ε'χ' ι'ω' αρχη, η' τω' το' πα'  
 τελτω' αι'α'γκη' γ'δ', τω' συμπερασματος' αι-  
 τιςραφεντος, και' της' ε'τερας' περ' τα'σεως' μηρου-  
 σης, αι'αιρ'ε'σθαι' πτω' λοιπω'. ει' γ'δ' ε'σται, κ'ι' δ'  
 συμπερασμα' ε'σται. 2 Διαφερ' δε' δ' αντικει-  
 μη'ως' λε' ε'σ'αντι'ως' αντιερεφν' δ' συμπερασμα.  
 ε' γ'δ' ο' αυτω'ς' γ'δ' συλλογισμο'ς, ε'κατε'ρω'ς' ανι-  
 γραφεντος. δη'λον' δε' τω' το' ε'σται' ε'σ'α' τω' ε'πομ'ε-  
 νων. λε'γω' ε'ι' αντικει'σθαι' μη'ν, το' πω'ν'ι' ε'σ' παν-  
 τι' ε' το' πινι, πα' ε'σ'δενι. ε'σ'αντι'ως' δε', το' πω'ν'ι,  
 ε' ε'σ'δενι' ε' το' πινι, ε' ε'σ' λινι' ι'ω' αρχην.  
 3 Εστω' γ'δ' διδ'α'χμενοι' δ' α' κ'ε' τω' γ, α'φ'α' μεσου  
 τω' β. ει' δη' δ' α' μηδενι' ληφ'θει' ε' γ' ε'π' αρχειν,  
 πα' δε' β' πω'ν'ι, ε'σ'δενι' πα' γ' ι'ω' αρχη' ε'ι' το'  
 β. και' ει' το' μη' α' μηδενι' ε' γ, το' δε' β' πω'ν'ι' ε'  
 γ' το' α' ου' πω'ν'ι' πα' β, και' ε'χ' ο'λω'ς' ε'σ'δενι'.

C Onuertere autem est, transposita  
 conclusione efficere syllogismum;  
 quo colligatur aut mainis extremum medio  
 non inesse, aut hoc medium postremo.  
 necesse enim est conclusione conuersa,  
 & altera propositione manente, reli-  
 quam tolli: nam si illa quoque propositio e-  
 rit, etiam conclusio erit.  
 2 Interest autem, vtrum oppositè  
 an contrariè conuertatur conclusio: quia  
 non fit idem syllogismus eâ vtrovis mo-  
 do conuersâ. hoc autem planum fiet ex  
 sequentibus. Dico opponi, Omni, &  
 Non omni: item, Alicui, & Nulli. con-  
 traria voco, Omni, & Nulli: item, Alicui,  
 & Non alicui inesse.  
 3 Sit enim probatum  $\alpha$  de  $\gamma$  per  
 medium  $\epsilon$ . Si igitur sumptum fuerit,  
 $\alpha$  inesse nulli  $\delta$ , & omni  $\epsilon$ : certè nulli  $\gamma$   
 inerit  $\beta$ . Et si sumptum sit,  $\alpha$  inesse  
 nulli  $\gamma$ ,  $\beta$  autem omni  $\gamma$ : concludetur  
 $\alpha$  non omni inesse, non omnino nulli;

quia non probabatur vniuersale per tertiam figuram. Et omnino propositionem quæ maiori extremo iuncta est, non licet euertere vniuersaliter per conuersionem: quia semper euertitur per tertiam figuram. necesse est enim, vt ad minus extremum ambæ propositiones sumantur.

4. Itidem fiet, si syllogismus sit priuatiuus. Ostensum enim sit  $\alpha$  nulli  $\gamma$  inesse, per  $\epsilon$ . Ergo si sumptum fuerit,  $\alpha$  omni  $\gamma$ , & nullis inesse: nulli  $\gamma$   $\epsilon$  inerit. Quod si  $\alpha$  &  $\epsilon$  insint omni  $\gamma$ ,  $\alpha$  inerit alicui  $\epsilon$ : atqui nulli inerat.

5 Si verò oppositè conuertatur conclusio; etiam alii syllogismi, oppositi, non vniuersales erunt: quoniam altera propositio fit particularis: proinde etiam conclusio erit particularis.

6 Sit enim syllogismus attributiuus, atque ita conuertatur. Ergo si  $\alpha$  non omni  $\gamma$ , & omni  $\epsilon$  inest:  $\epsilon$  non omni  $\gamma$  inerit. Et si  $\alpha$  non omni  $\gamma$ ,  $\epsilon$  autem omni inest:  $\alpha$  non omni  $\beta$  inerit.

7 Similiter fiet, si syllogismus sit priuatiuus. Nam si  $\alpha$  inest alicui, & nulli  $\epsilon$ ,  $\epsilon$  alicui  $\gamma$  non inerit: non simpliciter nulli. Et si  $\alpha$  alicui  $\gamma$ ,  $\epsilon$  autem omni inest, vt initio sumptum fuit:  $\alpha$  inerit alicui  $\epsilon$ .

8 In syllogismis autem particularibus, vbi oppositè conuertitur conclusio, tolluntur ambæ propositiones. vbi contrariè, neutra. non enim amplius fit, quemadmodum in vniuersalibus, vt euertatur, deficiente conclusione, dum conuertitur: imo omnino euerti non potest.

9. Ostensum enim sit  $\alpha$  de aliquo  $\gamma$ . Ergo si sumptum fuerit  $\alpha$  inesse nulli  $\gamma$ ,  $\epsilon$  autem alicui  $\gamma$ :  $\alpha$  cuidam  $\epsilon$  non inerit. Et si  $\alpha$  nulli  $\gamma$ , omni autem  $\epsilon$  inest, nulli  $\gamma$   $\epsilon$  inerit: Quare euertuntur ambæ propositiones.

10 Si verò contrariè conuertatur conclusio, neutra propositio euertitur. Nam si  $\alpha$  cuidam  $\gamma$  non inest, omni autem  $\beta$  inest:  $\alpha$  cuidam  $\gamma$  non inerit. sed nondum euersum est, quod ab initio fuit propositum: quia potest alicui inesse, & alicui non inesse. Vniuersalis autem propositionis  $\alpha$   $\beta$  omnino non fit syllogismus. nam si  $\alpha$  alicui  $\gamma$  non inest, &  $\epsilon$  alicui inest: neutra propositio est vniuersalis.

11. Similiter fiet, si syllogismus sit priuatiuus. nam si sumptum fuerit  $\alpha$  omni  $\gamma$  inesse, tolluntur ambæ propositiones. si alicui, neutra. demonstratio verò est eadem.

Tom. I.

A  $\delta$  γδ εδείκνυτο τὸ καθόλου ἀφ' τῆς τρίτου γήματος. ὅλως δὲ πῶς πρὸς τὰς μείζονι ἀκροῦ πρῶτασι. οὐκ ἔστιν ἀναστροφάσαι καθόλου δι' ἀντιπροφῆς. αἰεὶ γὰρ ἀναγράφεται ἀφ' τῆς τρίτου γήματος· ἀνάγκη γὰρ πρὸς τὸ ἔσχατον ἀκρον ἀμφοτέρωθεν λαβόντας πρῶτασι. 4 Καὶ εἰ φερητικὸς ὁ συλλογισμὸς, ὡσαύτως. δεδείκνυται γὰρ ὅτι α μὴδενὶ γ ὑπάρχειν, ἀφ' τῆς β. οὐκοῦν εἰ ἀληθῆ τὸ α ὅτι πᾶσι ὑπάρχειν, ὅτι δὲ β μὴδενὶ ὁδενὶ γ τὸ β ὑπάρξει. καὶ εἰ τὸ α, καὶ β τὸ β πᾶσι γ τὸ α πᾶσι γ β. ἀλλ' ὁδενὶ ὑπάρχειν. 5 Ἐὰν δὲ ἀπτικειμένως ἀντιγραφῆ τὸ συμπέρασμα, καὶ οἱ ἄλλοι συλλογισμοὶ ἀπτικειμένοι, καὶ ὁ καθόλου ἔσονται. γδ γὰρ ἡ ἑτέρα πρῶτασι, ἐν μέρει· ὡς καὶ τὸ συμπέρασμα ἔσαι καὶ μέρος. 6 Ἐὰν γὰρ κατηγορητικὸς ὁ συλλογισμὸς, ὁ ἀντιγραφῆται ὕτως. οὐκοῦν εἰ τὸ μὲν α μὴ πᾶσι γ, τὸ δὲ β πᾶσι τὸ β ἔπᾶσι γ. καὶ εἰ τὸ μὲν α ἔπᾶσι γ, τὸ δὲ β πᾶσι τὸ α ἔπᾶσι β. 7 Ομοίως δὲ ὁ, εἰ φερητικὸς εἴη ὁ συλλογισμὸς. εἰ γὰρ τὸ α πᾶσι γ ὑπάρχει, ὅτι δὲ β μὴδενὶ τὸ β ἂν γ ἔχῃ ὑπάρξει, καὶ ἔχῃ ἀπλῶς ὁδενὶ. καὶ εἰ τὸ μὲν α ὅτι γ ἂν, τὸ δὲ β πᾶσι, ἔσται ἐν ἀρχῇ ἐλήφθη τὸ α ὅτι β ἂν ὑπάρξει. 8 Ἐπὶ δὲ τῶν ἐν μέρει συλλογισμῶν, ὅταν μὲν ἀπτικειμένως ἀπτικρέθηται τὸ συμπέρασμα, ἀναστροφάσαι ἀμφοτέρωθεν αἱ πρῶτασι. ὅταν δὲ ἐναντίως, ὁδενίτερον. ἔγδ ἐπὶ συμβαίνῃ, καθάπερ ἐν τοῖς καθόλου, ἀναγράφειν, ἐλλείποντος τῆς συμπερασματος καὶ πῶς ἀντιπροφῆ. ἀλλ' ἔδ' ὅλως ἀναγράφειν. 9 Δεδείκνυται γὰρ τὸ α κατὰ ἂν τῆς γ. οὐκοῦν ἐὰν ἀληθῆ τὸ α μὴδενὶ γ ὑπάρχειν, τὸ δὲ β ἂν γ ὅτι γ τὸ α ὅτι β πᾶσι ἔχῃ ὑπάρξει. καὶ εἰ τὸ α μὴδενὶ γ, ὅτι δὲ β πᾶσι ὁδενὶ γ τὸ β. ὡς ἀναστροφάσαι ἀμφοτέρωθεν.

10 Ἐὰν δὲ ἐναντίως ἀντιγραφῆ, ὁδενίτερον. εἰ γὰρ τὸ α ἂν γ μὴ ὑπάρχει, ὅτι δὲ β πᾶσι τὸ β ἂν γ τῶν γ ἔχῃ ὑπάρξει. ἀλλ' ἔγω ἀνήρηται τὸ ἔξ ἀρχῆς· οὐδέχεται γὰρ ἂν ὑπάρχειν, καὶ πᾶσι μὴ ὑπάρχειν. τῆς δὲ καθόλου, τῆς α β, ὅλως ἔγδ συλλογισμὸς. εἰ γὰρ τὸ μὲν α ἂν γ μὴ ὑπάρχει, τὸ δὲ β ἂν γ ὑπάρχει· ἔδετέρον καθόλου τῶν πρῶτασιων.

11 Ομοίως δὲ καὶ, εἰ φερητικὸς εἴη ὁ συλλογισμὸς. εἰ μὲν γὰρ \* ἀληθῆ τὸ α πᾶσι γ ε. ἀληθῆ ὑπάρχειν, ἀναστροφάσαι ἀμφοτέρωθεν. εἰ δὲ ἂν γ ὁδενίτερον. ἀπτικρέξει δ', ἡ αὐτή.

O ij

De conuersione syllogismorum in secunda figura.

Cap. IX.

1 ¶ De syllogismis vniuersalibus. 2 Conuersio ¶ Camestres contrariè, 3 vel contradictoriè. 4 Conuersio ¶ Cesare. 5 ¶ De syllogismis particularibus. 6 Conuersio ¶ Festino contrariè, 7 vel contradictoriè. 8 Conuersio ¶ Baroco.

CAP. XI.

ΕΝ δὲ τῶν δυνάμεων ἡμετέρι πλεονάζοντες ἄλλοις ἀναφύονται ὅτι ἐστὶν ἀντιθέτως, ὅποτε ὁμοίως τῆς ἀντιθέσεως ἡ νομοθεσίας· αἰεὶ γὰρ ἔσται ὁ συμπέρασμα ἐν τῷ τριτάτῳ ἡμετέρι· καθόλου δὲ ὅτι ἐστὶν ἐν τούτῳ συλλογισμός. πλεονάζοντες δὲ ἑτέραν ὁμοίως ἀναφύονται τῇ ἀντιθέσει. λέγω δὲ ὁμοίως, εἰ μὴ ἐπιθετικῶς ἀντιθέσεται, ἀναφύονται· εἰ δὲ ἀντικειμενῶς, ἀντικειμενῶς.

2 Ὅταν γὰρ τὸ αὖ πᾶσι β, ὅταν δὲ γ μὴδενί· συμπέρασμα, τὸ β γ. εἰ δὲ οὖν λεφθῆ, τὸ β πᾶσι γ ἡ ἀρχὴν, καὶ τὸ α β μὴδενί· τὸ α πᾶσι γ ἡ ἀρχὴν. ἢ γὰρ τὸ τριτάτου ἡμετέρι. εἰ δὲ τὸ β πᾶσι γ, τὸ δὲ α μὴδενί ὅτι γ· τὸ α δὲ πᾶσι β ἡμετέρι, τὸ ἔσται.

3 Ἐάν τε ἀντικειμενῶς ἀντιθέσεται τὸ β γ ἡ μὴ α β, ὁμοίως ἀναφύονται· εἰ δὲ α γ, ἀντικειμενῶς. εἰ γὰρ τὸ β πᾶσι γ, τὸ δὲ α μὴδενί ὅτι γ· τὸ α πᾶσι β ἡ ἀρχὴν ἔσται. πάλιν, εἰ τὸ β πᾶσι γ, τὸ δὲ α πᾶσι τῷ β· τὸ α πᾶσι γ. ὡς ἀντικειμενῶς γίνονται ὁ συλλογισμός.

4 Ὅμοίως δὲ ἀναφύονται, καὶ εἰ ἀνάπαλι ἐχοίεν αἱ ἀναφύονται.

5 Εἰ δὲ ἔστιν ὅτι μέρος ὁ συλλογισμός· ἀναφύονται μὴ ἀντιθέτως τῶν συμπερασμάτων, ἀναφύονται τῶν ἀναφύονται ἀναφύονται, κατὰ τὸν ὅτι ἐστὶν τῶν ἡμετέρι· ἀντικειμενῶς δὲ ἀμφοτέρω.

6 Κεῖθαι γὰρ τὸ α τῷ μὴ β μὴδενί ἡ ἀρχὴν, ὅταν δὲ γ πᾶσι· συμπέρασμα, τὸ β γ. εἰ δὲ οὖν λεφθῆ τὸ β πᾶσι γ ἡ ἀρχὴν, καὶ τὸ α β μὴδενί· συμπέρασμα ἔσται, ὅτι τὸ α πᾶσι γ ἡ ἀρχὴν ἔσται. ἀλλ' ὅτι ἀναφύονται τὸ ἔσται ἀρχὴν. ἀναφύονται γὰρ ἡ ἀρχὴν, καὶ μὴ ἡ ἀρχὴν. πάλιν, εἰ τὸ β πᾶσι τῷ γ καὶ τὸ α πᾶσι τῷ γ ὅτι ἔσται συλλογισμός· ἀναφύονται γὰρ καθόλου τῶν εἰλημμένων· ὡς ὅτι ἀναφύονται τὸ α β.

7 Ἐάν τε ἀντικειμενῶς ἀντιθέσεται, ἀναφύονται ἀμφοτέρω. εἰ γὰρ τὸ β πᾶσι τῷ γ, τὸ δὲ α μὴδενί τῷ β· ἀναφύονται τῷ γ τὸ α· ὡς δὲ πᾶσι. πάλιν, εἰ τὸ β πᾶσι τῷ γ, τὸ δὲ α πᾶσι τῷ γ· ἔσται πᾶσι τῷ β τὸ α. 8 Ἡ αὐτὴ δὲ ἀναφύονται, εἰ τὸ καθόλου, κατηγορικῶς εἴη.

IN secundâ autem figurâ propositionem maiori extremo iunctam non licet euertere contrariè, utrouis modo conuersio fiat. semper enim erit conclusio in tertia figura, in qua non erat syllogismus vniuersalis. alteram verò propositionem euertemus eo modo, quo conuersio facta fuerit: nempe, si contrariè facta sit conuersio euertetur contrario modo: si oppositè: opposito.

2. Infit enim  $\epsilon$   $\alpha$  omni  $\beta$ , nulli autem  $\gamma$ : conclusio est  $\beta \gamma$ : Si igitur sumptum fuerit,  $\eta$   $\epsilon$  omni  $\zeta$  inesse, & pronunciatum  $\alpha \beta$  maneat:  $\epsilon$   $\alpha$  omni  $\gamma$  inerit. fit enim prima figura. Quòd si  $\eta$   $\beta$  infit omni  $\gamma$ ,  $\eta$   $\alpha$  verò nulli  $\gamma$ :  $\eta$   $\alpha$  non omni  $\beta$  inerit: figura est vltima.

3 Si verò oppositè conuertatur conclusio  $\epsilon \gamma$ : propositio  $\alpha \beta$  simili modo ostendetur: propositio autem  $\alpha \gamma$ , oppositè. Nam si  $\epsilon$   $\zeta$  infit cuidam  $\gamma$ ,  $\eta$   $\alpha$  autem nulli  $\zeta$ :  $\eta$   $\alpha$  cuidam  $\beta$  non inerit. Rursus si  $\eta$   $\beta$  infit alicui  $\gamma$ ,  $\eta$   $\alpha$  autem omni  $\zeta$ :  $\epsilon$   $\alpha$  inerit alicui  $\gamma$ . itaque opposito modo fit syllogismus.

4 Similiter etiam probabitur, si vice versa se habeant propositiones.

5 Si verò syllogismus sit in parte: contrariè conuersâ conclusione, neutra propositio euertitur, quemadmodum nec in prima figura euertebatur: oppositè conuersâ, amba euertuntur.

6 Ponatur enim  $\epsilon$   $\alpha$  inesse nulli  $\zeta$ , & alicui  $\gamma$ : conclusio est  $\epsilon \gamma$ . Si igitur positum fuerit  $\eta$   $\beta$  cuidam  $\gamma$  inesse, & pronunciatum  $\alpha \beta$  maneat: conclusio erit,  $\eta$   $\alpha$  cuidam  $\gamma$  non inesse. sed non euertitur, quod ab initio propositum fuit: quia potest alicui inesse, & non inesse. Rursus si  $\eta$   $\beta$  infit alicui  $\gamma$ , &  $\eta$   $\alpha$  alicui  $\gamma$ : non erit syllogismus: quia neutrum ex pronunciatis acceptis est vniuersale. quare non euertitur pronunciatum  $\alpha \beta$ .

7. Quòd si oppositè conuertatur, tolluntur amba propositiones. Nam si  $\epsilon$   $\beta$  inest omni  $\zeta$ ,  $\epsilon$   $\alpha$  autem nulli  $\zeta$ : nulli  $\gamma$  inerit  $\epsilon$   $\alpha$ . alicui tamen inerit. Rursus si  $\eta$   $\beta$  inest omni  $\gamma$ ,  $\eta$   $\alpha$  autem alicui  $\gamma$ , inerit alicui  $\beta$   $\epsilon$   $\alpha$ .

8 Eadem erit demonstratio, & si pronunciatum vniuersale sit attributiuum.

De conuersione syllogismorum in tertia figura.

Cap. X.

1 ¶ Summaria expositio. 2. ¶ De syllogismis affirmatiuis. De contraria conuersione n̄ Darapti, vel Disamis, vel Datisi. 4 De contradictoria conuersione. 5 n̄ Darapti, 6 vel Datisi 7 ¶ De syllogismis negatiuis. De conuersione n̄ Felapton contraria, 8 vel contradictoria. 9 De conuersione n̄ Ferison contradictoria, 10. vel contraria. 11. ¶ Communia de tribus figuris. Quomodo fiat conuersio. 12. Quid inde colligatur. 13. In quibus figuris fiant syllogismi euercentes. 14 Epilogus.

IN tertia verò figura, quando contrariè conuertitur conclusio, neutra cuiusuis syllogismi propositio euertitur: quando oppositè, ambæ euertuntur, & in omnibus syllogismis.

2. Ostensum enim sit n̄ a cuidam β inesse: & medium sumptum sit n̄ γ: sintque propositiones vniuersales. Ergo si sumptum fuerit, α a cuiusdam β non inesse, α a: autem omni γ inesse; non fit syllogismus n̄ a de γ. Item si α a cuidam β non in sit, omni autem γ in sit; non erit syllogismus n̄ β de γ.

3 Similiter ostendetur, & si propositiones non vniuersales sint; aut enim necesse est ambas esse patticulares per conuersionem, aut vniuersale iungi minori extremo: sic verò non erat syllogismus, nec in prima figura, nec in media.

Quòd si oppositè conuertantur propositiones, euertuntur ambæ.

5. Nam n̄ a in sit nulli ε, & α a omni γ, n̄ a in erit nulli γ. Rursus si α a in sit nulli ε, & omni γ, α a in erit nulli γ.

6. Itidem sit, & si altera propositio non vniuersalis sit. Nam si n̄ a nulli β, & n̄ β cuidam γ in sit, n̄ a cuidam γ non in erit. Si verò n̄ a nulli β, & omni γ in sit; nulli γ n̄ β in erit.

7. Similiter fiet, si syllogismus sit priuatiuus. Ostensum enim sit n̄ a cuidam β non inesse: sitque attributiuum pronuntiatum β γ: negatiuum, α γ. sic enim efficiebatur syllogismus. cùm igitur pronuntiatum conclusioni contrarium sumptum fuerit, non erit syllogismus. Nam si n̄ a in sit alicui β, α β autem omni γ: non erat syllogismus n̄ a de γ. Item si α a in sit alicui β, nulli autem γ, non erat syllogismus n̄ β de γ. Quare non euertuntur propositiones.

8. Cùm autem oppositum sumptum fuerit, propositiones euertuntur. Nam si α a omni β, & α β omni γ in sit; n̄ a omni γ in erit. sed nulli in erit. Rursus si n̄ a omni β, nulli autem γ in sit; n̄ a nulli γ in erit: sed omni in erit.

Tom. I.

ΕΠΙ δὲ τῆς τρίτης σχήματος, ὅταν μὲν ἐναντίως ἀντιτρέψωμεν τὸ συμπέρασμα, ἔδετερον τῶν προτάσεων ἀναρεῖται, κατ' ἑσθὲν τῶν συλλογισμῶν. ὅταν δὲ ἀντικειμένως, ἀμφοτέραι, καὶ εἰς ἅπασιν. 2 Δεδείχθη γὰρ τὸ ἀπὸ τῶν β \* ἡ ἀρχὴν μέσον δὲ εἰλήφθη τὸ ἀρχαῖον γ. ἔστω δὲ καθόλου αἱ προτάσεις. Ἐποικῶν εἰς ληφθῆ τὸ ἀπὸ τῶν β μὴ ἡ ἀρχαῖον, τὸ δὲ β πᾶσι τῶν γ. ἔ γίνεται συλλογισμὸς τῆς α καὶ τῆς γ. ἔδ' εἰ τὸ ἀπὸ τῶν β πᾶσι μὴ ἡ ἀρχαῖον, τῶν δὲ γ πᾶσι, ἔσθ' ἔσθαι τῆς β ἔ τῆς γ συλλογισμὸς. 3 Ομοίως δὲ δεῖξεται, καὶ εἰ μὴ καθόλου αἱ προτάσεις. ἢ γὰρ ἀμφοτέρως ἀνάγκη εἶναι μίαν εἰς τῆς ἀντιτρέψεως, ἢ τὸ καθόλου πρὸς τὸ ἐλάττω ἀκρῶ γενέσθαι. ἔστω ἡ ἑσθὲν ἡ συλλογισμὸς, ἔτ' εἰ τῶν προτάσεων σχήματι, ἔτ' εἰ τῶν μέσων. 4 Εὰν ἡ ἀντικειμένως ἀντιτρέψωμεν αἱ προτάσεις, ἀναρεθῶται ἀμφοτέραι. 5 Εἰ γὰρ τὸ ἀ μὴδενὶ τῶν β, τὸ δὲ β πᾶσι τῶν γ. τὸ ἀ ἑσθὲν τῶν γ. πάλιν, εἰ τὸ ἀ τῶν μὲν β ἑσθὲν, τῶν δὲ γ πᾶσι τὸ β ἑσθὲν τῶν γ. 6 Καὶ εἰ ἢ ἑτέρως μὴ καθόλου, ὁσαύτως. εἰ γὰρ τὸ ἀ μὴδενὶ τῶν β, τὸ δὲ β πᾶσι τῶν γ. τὸ ἀ πᾶσι τῶν γ ἔσθ' ἡ ἀρχαῖον. εἰ δὲ τὸ ἀ τῶν μὲν β μὴδενὶ, τῶν δὲ γ πᾶσι ἑσθὲν τῶν γ τὸ β. 7 Ομοίως δὲ καὶ εἰ σερηλικὸς ὁ συλλογισμὸς. δεδειχθῆ γὰρ τὸ ἀπὸ τῶν β μὴ ὑπάρχειν. ἔστω δὲ κατηρητικὸν μὲν τὸ β γ, ἀποφατικὸν δὲ τὸ α γ. ἔστω γὰρ ἐγένετο ὁ συλλογισμὸς. ὅταν μὲν ἔν τὸ ἐναντίον ληφθῆ τῶν συμπέρασματι, ἔσθ' ἔσθαι συλλογισμὸς. εἰ γὰρ τὸ ἀ πᾶσι τῶν β, τὸ δὲ β πᾶσι τῶν γ, ἔσθ' ἡ συλλογισμὸς τῆς α καὶ τῆς γ. ἔδ' εἰ τὸ ἀ πᾶσι τῶν β, τῶν δὲ γ μὴδενὶ, ἔσθ' ἡ τῆς β καὶ τῆς γ συλλογισμὸς. ὡς ἔσθ' ἀναρεθῶται αἱ προτάσεις. 8 Ὅταν δὲ τὸ ἀντικείμενον, ἀναρεθῶται. εἰ γὰρ τὸ ἀ πᾶσι τῶν β, ἔ τὸ β πᾶσι τῶν γ. τὸ ἀ τῶν γ πᾶσι. ἀλλ' ἑσθὲν ὑπάρχει. πάλιν, εἰ τὸ ἀ πᾶσι τῶν β, τῶν δὲ γ μὴδενὶ τὸ β ἑσθὲν τῶν γ. ἀλλὰ πᾶσι ὑπάρχειν.

○ iiij

κ. ωπ

9 Ομοίως δὲ δείκνυται, καὶ εἰ μὴ καθόλου A  
 \* εἰσὶν αἱ προτάσεις. ὅτι γὰρ ὅ α γ, καθόλου  
 τε καὶ φερηπλήν. γὰρ τερον δὲ, ὅτι μέγιστος ἔκα-  
 τηρεῖται. εἰ μὲν οὖν ὅ α πρὸς τὰ β, ὅ δὲ β  
 ἕνι τὰ γ. ὅ α ἕνι τὰ γ συμβαίνει. ἀλλ' ἔ-  
 δινὸν ἵππερ. πάλιν, εἰ ὅ α πρὸς τὰ β, ὅ γ ἔ-  
 μηδενί. ὅ β ἔδινὸν τὰ γ. ἔκειτο δὲ ἕνι.

10 Εἰ δὲ ὅ α ἕνι τὰ β, καὶ ὅ β ἕνι τὰ γ.  
 ἔστι συλλογισμός. ἔδ' εἰ ὅ α ἕνι τὰ β, τὰ γ  
 γ μηδενί. ἔδ' ἔτι. ὥστε ἐκείνως μὲν ἀνα-  
 ρωῦται, ἔτι δ' ἔτι. ὅτι ἀναρωῦται αἱ προτά-  
 σεις. 11 Φανερόν οὖν ἄρα τῶν εἰρημῶν, πῶς  
 ἀντίστροφον μὲν τῶν συμπεφοσματος, ἐν ἐκάστῳ  
 γήματι ἔστι συλλογισμός. 12 Καὶ πότε ἐναν-  
 τίως τῇ προτάσει, καὶ πότε ἀντικειμένως.

13 Καὶ ὅτι ἐν μὲν τὰ πρότερον γήματι, ἄρα  
 τῶ μέσου, καὶ τῶ ἐξάτου, γίνονται οἱ συλλογι-  
 σμοί. καὶ ἐν μὲν πρὸς τὰ ἐλάττω ἀκρῶ, αἰ  
 ἄρα τῶ μέσου ἀναρῶται. ἐν δὲ πρὸς τὸ μεί-  
 ζονι, ἄρα τῶ ἐξάτου. ἐν δὲ τὰ δούτερον γή-  
 ματι, ἄρα τῶ πρότερου, καὶ τῶ ἐξάτου. καὶ ἐν  
 μὲν πρὸς τὸ ἐλάττω ἀκρῶ, αἰ ἄρα τῶ πρό-  
 του γήματος. ἐν δὲ πρὸς τὰ μείζονι, ἄρα τῶ  
 ἐξάτου. ἐν δὲ τὸ τρίτω, ἄρα τῶ πρότερου, καὶ  
 τῶ μέσου. καὶ ἐν μὲν πρὸς τὰ μείζονι, αἰ  
 ἄρα τῶ πρότερου. ἐν δὲ πρὸς τὰ ἐλάττω, αἰ  
 ἄρα τῶ μέσου. 14 Τί μὲν οὖν ἔστι ὁ ἀντίστρο-  
 φος, καὶ πῶς ἐν ἐκάστῳ γήματι, καὶ τίς γίνεται  
 συλλογισμός, φανερόν.

9. Similiter ostenditur, & si non vni-  
 versales sint propositiones: quia ὅ α ἔ fit  
 vniuersale, & priuatiuum: alterum verò  
 pronunciatum, in parte, & attributiuum.  
 Si igitur ἔ α ὀmani ε, ἔ α αὐτέ αlicui γ: ἔ α α-  
 licui γ accidit. sed nulli inerat. Rursus si  
 ἔ α ὀmni β, nulli autem ἔ inest: ἔ α nulli  
 γ inerit: positum autem fuerat inesse ali-  
 cui. 10 Si verò ἔ α inest alicui ε, & ἔ α ali-  
 cui ε: non fit syllogismus. Quòd si ἔ α in-  
 est alicui ε, nulli autem ἔ: ne sic quidem  
 erit syllogismus. Quocirca illo modo e-  
 uertuntur, hoc non euertuntur proposi-  
 tiones.

11. Ex dictis igitur constat, quomo-  
 do conuersâ conclusione in singulis figu-  
 ris fiat syllogismus.

12 Et quando probetur contrarium pro-  
 positioni, quando oppositum.

13 Apparet etiam, in prima figura per  
 mediam & per postremam effici syllogis-  
 mos. & propositionem quidem minori ex-  
 tremo iunctam, semper euerti per me-  
 diam figuram: eam verò, quæ maiori ex-  
 tremo iuncta est, per postremam. In se-  
 cunda autem figura, per primam & per  
 postremam. & propositionem quidem iun-  
 ctam minori extremo, semper euerti per  
 primam figuram: iunctam verò maiori  
 extremo, per vltimam. In tertia verò fi-  
 gura, & per primam & per mediam. &  
 iunctam quidem maiori extremo, sem-  
 per euerti per primam: iunctam autem  
 minori, semper per mediam.

14 Quid igitur sit conuertere, & quo-  
 modo in singulis figuris, & quis efficiat-  
 ur syllogismus, perspicuum est.

De deductione ad impossibile in prima figura.

Cap. XI.

1 § Quomodo probetur per impossibile. 2 § Quæ problemata ita probentur in singulis figuris.  
 3 § De prima figura: ὅ primū. De problemate vniuersali affirmante, si eius contradictio suppo-  
 natur. 4 si ei contraria sit maior, 5 vel minor propositio. 6 Conclusio. 7 De reliquis problematis: 8  
 ὅ primū De problemate particulari affirmante. si ei contradicat maior, 9 vel minor propositio, 10  
 si ei contraria sit minor, vel maior propositio 11 De problemate vniuersali negante si ei contradicat  
 minor propositio in Darij, 12 vel Ferio. 13 si ei contradicat maior. 14 si ei contraria sit 15 minor,  
 16 vel maior 17 De problemate particulari negante, Non omni inesse. si ei contradicat minor in Bar-  
 bara. 18 vel maior in Barbara, 19 vel minor in Celarent, 20 vel maior in modo negatiuo inutili.  
 21 si ei contraria sit minor 22 De problemate particulari negante, Alicui non inesse. 23 § Commu-  
 nia de syllogismis prima figura. De hypothesis. 24 De problemate.

CAP. XI.

Ο Δὲ ἄρα τῶ ἀδιωάτου συλλογισμός, D  
 δείκνυται μὲν, ὅταν ἐν ἀπίφασις τε τῆ  
 τῶ συμπεφοσματος, καὶ πρὸςληφθῆ ἄλλη  
 πρότασις. γίνεται δ' ἐν ἀπασι τοῖς γήμασιν.  
 ὁμοιον γὰρ ἔστι τῇ ἀντίστροφῇ. πλὴν ἄρα φέρει  
 ἑσπύτον ὅτι ἀντίστροφεται μὲν γε γνημῶν ἔσουλ-  
 λογισμῶν, καὶ εἰλημῶν ἀμφοῖν τῶν προτάσεων.

P Et impossibile autem fit syllogis-  
 mus, cum ponitur contradictio  
 conclusionis, & assumitur alia pro-  
 positio. Fit autem in omnibus figuris.  
 similis enim est conuersioni: sed eo dif-  
 fert: quòd conuertitur factò syllogismo,  
 & sumptis ambabus propositionibus: